









Pfalmus Nuptialis CXXVIII.

Davidis Propheta: quinque Generibus Carminum explicatus, in Honorem Nuptiarum



ORNATISSIMI ET DOCTISSIMI IUVENIS, DOMINI SAMVELIS FRANCKEN, Prudentissimi Disertissimique viri, Domini Joachimi Francken, Consulatum in inicyta Stargardiensium Republica præclare quodam gerentis, piæ memoriæ, Filij: contrahentis matrimonium cum pudicissima & honestissima virgine ELISABETHA, prudentissimi viri Dn. Joachimi Billicken, eiusdem Reipublicæ Camerarij dignissimi, piæ memoriæ, relicta Filia, Sponsa.

Autore

Davide Herlicio Philosophiæ et Medicinæ Doctore, eiusdemque Reipublicæ Physico.



STETINI

Typis Rhetianis, Anno Christi 1600.  
die XI. Augusti.





Ad humanissimum & spectatiffi-  
simum virum, Dn. Joachimum Peterstorpium, Sponsæ  
Utricum: & Dn. Samuelem Francken Spon-  
sum: Affines & amicos colendos.

**N** ego versiculis ita nūc sum prodigus, ut me  
Ferè scribendo exhauferim.  
Et reliquum sit vix, alijs quod pauper agellus  
Cerebri dare sit potens mei.  
Hinc ergò exaruit mihi vena, & profero car-  
Elumbe, exuccum, claudicās, (men  
Tale hodiè vobis do, jucundissimi amici,  
Affines & chari mei,  
Explico dum Psalmum thalamis solennibus aptum  
Prophetæ ex libris Regij.  
Nam Gnatam IOACHIME tuam pro fœdere  
SAMVELI tradis conjugem. (amoris,  
Hos igitur, quamvis exiles, sumite versus,  
Mentemq; magis respicite,

*D. David Herlicius.*



Pfal-

## Psalms CXXVIII.

1. **B**Eati omnes, qui timent Dominum : qui ambulant in vijs eius.
2. **L**abores manuum tuarum quia manducabis : beatus es, & benè tibi erit.
3. **V**xor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ: Filij tui sicut novellæ olivarum in circuitu mensæ tuæ.
4. **E**cce sic benedicetur homo: qui timet Dominum.
5. **B**enedicat tibi Dominus ex Zion : & videas bona Hierusalem omnibus diebus vitæ tuæ.
6. **E**t videas filios filiorum tuorum : pacem super Israël.

## Psalms 128. Davidis Pro- *pheta, carmine Heroico redditus.*



**B**elix ille animi, solidoq; ex asse beatus,  
Qui **DOMINVM** timet, & degendæ  
tempora Vitæ  
Tramite agit recto, nec per vada turbida  
eundo

Insipiens sectatur iter, vel deviat audax,

2. **N**amq; suo studio, manuumq; labore suarum  
Se satians, reliquum porrò sic transiget ævum,  
Vt neq; vel malesuada fames & turpis egestas,  
Vel casus aliq;, gravium et discrimina rerum  
Hunc vexent: pleno sed dives copia cornu  
Vndiq; erit, facili succedent omnia nutu.
3. **V**XOR erit facunda illi, ceu vitis abundans,  
Quæ vestit latus omne domus: ac sicut olivæ

A 2

Mollia

Mollia diffusis succrescunt germina ramis:  
Sic ò sic SOBOLIS mensam numerosa feracem  
Cingit, & à multo PARTV jubet esse parentem.

4. Cælitus hæc bona proveniunt, hæc commoda dantur,  
Has sperabit opes, VERO quicumq; TIMORE  
Observat DOMINVM, & non FICTO CORDE  
meretur.

5. Huic bona multa DEVS dabit alta ex arce SIONIS,  
Luctibus imponet finem, tollensq; dolorem  
Omnes curarum nubes depellet: & addet

6. Longam GNATORVM seriem, qui fallere tempus,  
Barbam demulcere patri, dare basia matri,  
Inq; sinu saltare queant & ludere risu,  
Aurea pax tanquam tota regnaret in æde.

## Idem Psalmus Phalæcio

*carmine expressus.*

I. **B**elicem ter & amplius canemus,  
Qui vero Dominum colit timore,  
Et qui tramite recto iter capessit,  
Non ultrò salebroso per viarum  
Seductus vada, qualia impius grex  
Perverso pede plurimum frequentat.

2. Sudo-



2. *Sudore is satur & labore dextra,  
Non sentit rabiem famis, trucemve  
Latratum stomachi cibo carentis.  
Quin lauto satiatus usq; ferclo  
Ad metam peraget trahenda vitæ  
Fila, & molliter has relinquet auras,  
Non discrimina multa passus, ut nec  
Casus horribiles, quibus scatere  
Omnis vita solet ferè impiorum.  
Hunc nutu facili, quod usquam & usquam est  
Tractaturus, habere posse finem  
Speratum faciet DEVS, dabitq;  
Pleno huic omnia distributa cornu.*

3. *Huic stirpem & genus ampliabit vxor  
Fecunda, & velut alma vitis, omne  
Quæ vestit latus hortuli racemis,  
Mensam prole replebit, instar albæ,  
Quæ succis tumet optimis, oliva.*

4. *Sic ò sic decoratur illa mensa  
Quæ vero Dominum DEVM pudici  
Motu pectoris assolet timere.  
Sic ò sic soboles solet feracem  
Mensam cingere, cum Deum timemus.  
Sic heu sic soboles parum feracem*

*Mensam cingit, ubi haud Deum timemus.*

5. *Ex alta Dominus Sionis arce  
Te dia benedictione cemplens,  
Felicem faciat per omne seclum, et  
Cælestis Solymæ bonum videre,  
Vitæ, quam trahis, omnibus diebus,  
Si verè Dominum tuum timebis.*

6. *Natorum seriem bonam & nepotum  
Multorum insuper addet, inde tristes,  
Quas affert thalamus, levato curas.  
Hinc molles choreæ & leves cachinni,  
Hinc blanda oscula, basiationes,  
Barbæ molliculæ revulsiones.  
Hinc sunt gaudia patri & inde matri,  
Hinc sunt delicia meræ parentum,  
Quæ surgunt sobole ex novella utrisq̃,  
Et pax aurea tota in æde regnat,  
Rixis horridulis procul remotis.*



Idem

# Idem Psalmus Jambicis

*versibus expositus.*

1. **B**eatus ille erit felixq; perpetim  
In omnibus negotijs,  
Timor Dei cui magnæ est curæ jugiter,  
Pietasq; cor vera occupat,  
Qui recto tramite vitæ iter peragit suum,  
Nec impiorum inivitiam.
2. Satiatur hic labore dexteræ suæ,  
Famis expers & jejuniij,  
Prædives rerum cornu huic affluet omnium,  
Venient cuncta ex sententia,  
Non exacerbabunt eum casus graves,  
Discrimine liber ab obvio est.
3. Et quod reor majus, fœcunda uxorcula,  
Consors pudici lectuli  
Donabitur huic, erit hæc ceu vitis fertilis,  
Cingens latus domus tuæ.  
Frequenter hæc sobolem dabit venustulam,  
Thalami jugalis pignora.  
Ac sicut in ramis pallens olivula,  
Luxuriat divite copia,  
Cellisq; apothecisq; unde succus utilis  
Elicitur magno commodo:  
Soboles sic copiosa & sana largiter  
Mensam viri cingit pij.

Stirps

Stirps unde tota fertili propagine  
Novos producit surculos,  
Perennans unam firmiter familiam,  
Ad multaꝑ servans secula.


4. Hæc commoda certè lucratur timens Deum,  
Humili colensꝑ pectore.
5. Alibi sperabis illa nunquam, cœlitus  
Ab arce Sionis expete.  
Bona hinc Solymæ cœlestis spera fortiter  
Vitæ diebus omnibus.
6. Sed maximè bonitas lucebit in hoc Dei, et  
Celebrabis id omni tempore:  
Seriem Natorum longam oculis cernes tuis,  
Qui possint tempus fallere  
Risu, choreisꝑ, blandulisꝑ basijs,  
Ineptulisꝑ voculis.  
Hi curarum medicina sunt gravium tibi,  
Gnari dolores tollere,  
Matri patriꝑ creare magna gaudia,  
Ut pace floreat domus,  
Et litium fiat tenax oblivio,  
Regnante ibi concordia.  
Concordia in domo magnum verè est bonum,  
Auro quovis pretiosius.



Saphi-

# Sapphico Carmine idem

*expressus.*

1.  *Ter aut ultra solidè beatum,  
Quem bonus veræ pietatis ardor  
Afficit, justo Dominum timore  
ut veneretur.*

*Amplius pronuncio eum beatum,  
Qui via recta studet ambulare,  
Nec peregrino vada ad impiorum  
Tramite ferri.*

2. *Huc labor dextræ propriæ parabit  
Victum, & ad vitam quod erit necesse,  
Ne fames ipsum malesuada curis  
Implicitet atris.*

*Rebus hunc & divitijs potiri  
Copia cornu videas feraci,  
Cunctaq; ad nutum fluere, & petito  
Fine beari.*

3. *Hujus intrabit thalamum pudica  
Uxor, & vera pietate fulgens,  
Quæ domum replet cupidi mariti  
prole venusta.*

*Et velut vitis latus omne tecti*

B

Ambi-

*Ambiens, multis decorat racemis :  
Sic erit conjunx Dominum timentis  
PECTORE TOTO.*

*Vtq; pallentes patulis oliva  
Ramulis crescunt, hominiq; fundunt  
Vtilem succum, in celebri potentem  
Arte medendi:*

*Taliter proles numerosa mensam  
Cingit, assessoribus hinc & inde  
Hanc replens caris, sterili pater ne  
ludat in arvo.*

4. *Hæc viro justo bona dantur, istas  
Ille opes sperat, Dominum timere  
Cura cui magna est, neq; FICTO eundem  
CORDE vereri.*

5. *Expetes & frustra alibi, quod autor  
Unicus rerum dedit: ex Sionis  
Arce nimirum pete, ut inde sumas  
Commoda tanta:*

6. *Hinc voluptates sibi mille mater  
Haurit, hinc risus, choreæ, lepores,  
Et sales patri soboles tenella  
suaviter affert.*

*Hæc graves curas minuit parentum,*

*Rebus*

Sapè horreum repletum est)  
Fecunda nempe Coniunx  
Quæ prole replet ædes  
Pulchra sui mariti.  
Et vitis instar Vvas  
Dantis sapore dulces,  
Dat filios tenellos.  
Longè ampliora dona  
Sunt hæc pijs parata,  
Ac cæu suis olive  
Ramis feraci adherent  
Proventu: ita & pusillus  
Grex liberorum in æde  
Fusti, ipsius coronat  
Mensam, & bono ordine complet.

4. Hæc cœlitus parantur  
His dona, qui verentur  
VERO DEVM TIMORE,  
Nec CORDA FICTA gestant,

5. Hos arce de Sionis  
Multis bonis replebit,  
Ierusalem fruetur  
Illis per omne sæclum.

6. Et filios videbunt,

Et inde filiorum, B 3  
Et filias videbunt,

Atq;

*Atq; inde filiarum.*

*Ex his paratum utriq;  
Est gaudium parenti,  
Stat cura cuncta in illis,  
Affectus est ab illis.*

*Meror gravis parentes  
Fortè occupans sopitur  
Horum osculis jocisq;  
Blandis facetijsq;.*

*Hi causa magna Pacis  
Concordiaq; in aede,  
Quam vinculo potentes  
Sunt aeneo ligare.*

*FINIS.*





Rebus in duris parat & levamen,  
Et graves per se facit hæc minores  
Esse labores.

Basis matrem lepidis fatigans,  
Et patrem barba le viter prendens,  
Luctibus finem facit, & dolorum  
Temperat æstus.

Hæc quasi vinclo stabilit parentum  
Fœdus, hæc pacem creat, atq; amorem  
Mutuum firmat, procul omni ad Orcum  
Lite repulsa.

Vt putes Concordiam in æde tali  
Perfrui immoto hospitio, sibiq;  
Ceu statam sedem struere, atq; firma  
Ponere castra.

Hæc bona ampla & maxima dona donat  
Omnibus magni dominator Orbis,  
Quos agit vera pietatis ardor,  
Curaq; cæli.



Quin-


Quinta versio hujus psalmi,  
*carmine Jambico Anacreontico.*

1. **B**elix *Et* ò beatus  
Quicumq; corde puro  
Cœli Deum veretur,  
Mandata non reponens  
Oblivioni, iterq;  
Rectum sequens, relicto  
Ut tramite impiorum  
Non devius feratur.

2. Victum labore dextra  
Feliciter parabit,  
Ne vel fames molesta,  
Aut turpis hunc egestas  
Vexet dolore multo.  
Sed divites penatum  
Mirabitur locellos,  
Et fertiles agellos  
Solatium parabit  
Nummis referta cista,  
Nunquam sinens egere.

3. Verùm hæc minora longè  
Sunt, (quippe *Et* impiorum

Sapè



Sape





aut emissa voce magna ex  
piravit **ps. nr.** Et uidi ce  
ph lassu e' in duo. alio me uita  
deorsu. Vides aut e' in quo  
exadulo stabat. ga sic clamor  
expirasti ait. Ver. hic homo  
di filius erat. Erat aut e' in  
heres de lege aliter. Me  
qs erat in. Me. Me. Me.  
et maria. Me. Me. Me. Me.  
yoseph. Me. Me. Me. Me.  
Et cu' ecc' in. Me. Me. Me. Me.  
eu. et misit. Me. Me. Me. Me.  
miser q' h'nt. Me. Me. Me. Me.  
ultra. **ex.** **E**rat  
seru ecc' h'nt. Me. Me. Me. Me.  
erat qd e' h'nt. Me. Me. Me. Me.  
yoseph. Me. Me. Me. Me.  
decurio. Me. Me. Me. Me.  
decurio. Me. Me. Me. Me.  
me adpysate. Me. Me. Me. Me.